584

126

✝

Epistola Aug.^mi Dom. Imper. Leopoldi ad R. P. Ferdi=
nandum VValdauer e Societatis Iesu.

Cum existimem fore necessarium, vt filio meo Iosepho de idoneo Con
fess.^o prouideam, re Deo commendata, resolui hanc Spartam V. R. Pater.^tis
deferre, cum eius doctrina, modestia, agendique modus mihi cognita sint,
et ex eius nupera praesentia omnem senserim satisfactionem. Æstimabit,
vt credo, V. R. Paternit. hanc meam in se confidentiam, cum maximum
thesaurum, imo tot regnorum, et subditorum vnicum solatium eidem con=
credam, eiusque directioni, et respectiue educationi submittam. Erit V. R.^ae mu
neris ex hoc tenero virgulto egregiam formare plantam, et eo collimare, vt
non solum prudens et bonus euadat, sed etiam in vere Christianum efformetur
Principem. Volui id R. V. hisce litteris insinuare, vt hanc notitiam in con
fidentia ex vero hauriat fonte antequam ei postea per solitas superiorum
vias innuetur. Desidero tamen vt antequam hoc fiat, V. R. Pater.^tas rem hanc
silentio premat, nam hoc solum pro eius directione deseruit. Proximo modo,
et via consuetis id et resoluam, et publicabo. Iam me eiusdem spiritualem fi-
lium commendo. Viena 24. Ian. 1686

Leopoldus Imp.^or

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES